

brum, non tam facile nec tam constanter
mens determinatur ad cogitandum, vel
etiam pluribus cogitationibus occupata con-
tinuo distrahitur ob levitatem spirituum &
delicatiorem totius corporis habitudinem.
Hinc levitas & inconstantia puerorum, qui
seriis rebus vix possunt attendere; hinc eo-
rum difficultas & impotentia ideas inter se
comparandi, & ratiocinandi; quia non sa-
tis diu eadem ideae menti praalentibus reti-
neri possunt, & illorum attentio nimis oc-
cupatur, immo tota a vividioribus sensatio-
nibus exhauditur. At quo magis explican-
tur & inter se ordinantur organa cerebri,
quo solidiora fiunt ac firmiora, quo libe-
rior spirituum aditus & fluxus per eorum
meatus, eo magis crescere atque vigere
ipsa mens videtur, quia facilius prom-
ptius & fortius determinatur ad cogitan-
dum, tumque diutius retinet easdem ideas
quas inter se comparare potest, nec tam
facile distrahitur; atque idcirco mens in
viris firma est: dum vero deficiunt spiri-
tus animales, dum exsiccantur rigescuntque
organa, humoris defectu atque inopia, vel
nimia humoris copia recluduntur organo-
rum meatus, tum ipsa vis cogitandi lan-
guere videtur, ut contingit in decrepitis
senibus. Ob easdem rationes mens turbatur
in ebriis & phreneticis, quia cum abun-
det serveatque nimius sanguinis & spiri-
tuum æstus, hinc oritur violenta fibrarum
cerebri & arteriarum agitatio, multaque
promiscue & tumultuose excitantur ideae,
dum per cerebri vestigia cum impetu & sine
ordine currunt spiritus, tumque in muscu-